

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

A-C - Ettenheim-Münster 88

Richard, Jean

[S.l.], 1776

Conscientia

[urn:nbn:de:bsz:31-110859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110859)

litatem, quia iudicium Dei antevertit, à damnatione aeterna nos liberat, conscientia nostra remorsus sopit. Ipsius defectus, quando in genere tantum perficitur, non explicatis peccatorum circumstantiis, quando secundum dimidiam tantum partem fit, &c. Ipsius conditiones, ut sunt varus dolor de suis peccatis, serium et diligens examen, firmum propositum injuncta poenitentia satisfaciendi, &c.

Conscientia

De Conscientia.

Sermo Primus.

Mundus gaudet, vos autem contristabimini. Joan. 6.

71.

En juxta S. Augustinum, funestam hominum partem infelicemque statum. A salutis via remoti, cor-
dium suorum corruptioni, et cupiditatum suarum malignitati dediti, sine inquietudine et molestia exacerando peccatorum suorum fructu gaudent. Quibuscumque turpibus se prostituunt libidinibus et intemperantiis, quasumque committant injustitias; fornicatoras aut obrosi, vindicta cupidi aut usurarii, foris ipsis omnia lecta, intus omnia parata. foris nec famis incommoda, nec molestas belli consuetiones, nec fortè vehementes et frequentes morbosam appulsus sentiunt. Intus nihil ipsis molestiam facit, nec metus tuorum iudiciorum, ò mi Deus, nec enormitas peccatorum suorum, nec inquietas et consternatas conscientia remorsus. En exacerandum ipsorum gaudium, et, quod addit S. Augustinus, magnum ipsorum reprobrationis signum: Mundus gaudet.

Saeculi latitia
est impunita
nequitia. Lu-
xuriantur ho-
mines, forni-
cantur, abrec-
tata iniquoquin-
gantur, cupi-
tudine fo-
dantur, nihil
mali patiuntur,
Eae saeculi gau-
dium. Ista
mala et his si-
milia f.
S. Aug. Serm. 39.
De verb. Dom.

Peccatum, quod molestia et tristitia, consternatis et metus sequuntur, saepe eum, qui illud perpetrat, ad frugem reducit; sed peccatum, quod gaudium, securitas et feta conscientia mala comitantur, est in quodam sensu aeternum. Quicumque sitis, peccatores, de vestra conversione non despero, ubi pravitates vestras agnoscitis, atque tristescerum consuetiones reformidatis: sed merito vobis ego metus, cum in funesta quadam introspectitate viventes nihil mali vos agere putatis, ex eo, quod nullum vestra conscientia vobis objiciat.

Hanc fatalem quietem duabus magni momenti
considerationibus oppugnare mihi animus est, hinc vobis

Divisio

demonstrando, unde falsa illa pax conscientiae in medio maximorum peccatorum tranquilla proveniat, et illinc vobis manifestando media, quibus ipsa à vobis tolli, errorque depelli queat. Quanam sint adeò funestes sanitatis principia, id in prima Sermonis mei parte percipistis. Quanam verò sint illius remedia; id altera parte vobis aperiam.

Pars Ima.
72.

Quid infelicius hominis, qui ad extremam redactus calamitatem, omnes eum intuentes movet ad commiserationem, nec tamen huius ipsius miseratur? Quid miserius, miserum non miserante seipsum? inquit olim S. Augustinus. Quinam Status magis deplorandus quam aegri, qui mente turbatus inter vehementissimas convulsiones se optimè habere sanamque esse arbitratur, nec non vicem suam dolentibus insultat! Et tamen juxta eundem S. Patrem, talis est Status innumerorum paucorum peccatorum. Peccata ipsorum totus mundus novit, ipsi soli ea non cognoscunt: ab omnibus tanquam execrabilia homines habentur, et ipsi soli nullo contra se ipsos horrore percussi, ajunt nihil à sua conscientia ipsis exprobari. Ad peccata sua insensibiles, et ad laeli suavitates nimium sensibilis, hocce vitæ genere delectantur; et qui apud ipsos instaret, ut illud dicerent, probabiliter sanè ei morem gerere detractarent. Inauditum morbi genus! In aliis, si quis ad gaudium est insensibilis, talis etiam est ad dolorem; at hinc monstruosa quodam prudentia eversione peccatores isti, qui coram impetu cuncta adultarini boni illucina sequuntur, malis suis minimè commoventur.

In coelo apud beatos est gaudium absque malo ulla; in inferno apud reprobos continua perturbatio est sine ulla gaudis: Sed hinc peccatores isti, de quibus loquor, omnem inferni horrorem simul et apparens coeli gaudium habere videntur. Si illos turbatos et agitados viderem, spem bonam haberem; Sed cum in mala ipsorum conscientia majorem quam apud probos tranquillitatem detego: tum affaro, hunc non esse quemdam ordinarium morbum, sed pluribus aliis complicatum; morbum in quo plura peccata accumulatur ita, ut unicum efficiant. Superbia, invidia, impunitas, avaritia, haec omnia peccata quamvis maximè sibi invicem contraria, tamen, ut ita dicam, mutuo reconciliantur, ut in horum infeliciam conscientia

pacem propignant eò funestioram, quò tot malorum
complicationa est insanabilior.

Verùm quò magis methodicè de hoc inaudito morbo
differam, utraq; principia, quæ ad alteram hanc fieri
tànquæ conscientia pacem procreant, vobis patefaciam,
per vos mihi liceat ea ad hæc tria reducere scilicet ad
cordis corruptionem, mentis depravationem, et occultam
sed terribilem Dei vindictam.

Pccator, inquit S. Bernardus, initio perversitatum
suarum nunquam est tranquillus. Cum adhuc delicatam
et tenebram conscientiam habeat, peccatum ei aculeum su-
um non nisi cum dolore infigit: hic homo timet, obstitit,
horret, pavet. Peccatum magnum onus est, quò statim
~~intolerabile videtur~~ onus, quod statim intolerabile vi-
detur, quod ex intolerabili fit grave, quod ex gravi fit leve,
quod ex levi fit commodum, et quod, ubi suave est com-
modum, procul ut angorem et dolorem procreet, quin non nisi
funestam pacem in anima relinquit.

Homo intensus, inquit idem S. Bernardus, sansim pec-
cato afuescit. Statim cum Davide ait, quòd iniquitates ip-
sius sicut onus grave gravatae sunt super ipsum; Dein pecca-
to afuescisci incipit, paulò post in eo induratur, et fit velut
frons prostibuli |: sunt verba S. Scripturae: | et ubi ad hunc statum
reductus est, tum peccatum suum lusus et oblectamentum
ipsi videtur: Rinus illius in deliciis peccati.

Nam duritas ipsius ulterius adhuc progreditur, atque
in voluptatem degenerat, voluptas hæc fit familiaris,
hæc familiaritas in consuetudinem mutatur, at hæc con-
suetudo fit ipsi velut altera natura. Quorundam post hæc
inducium, quòd de conversione sua vel minimum cogitat?
Quæ ratio, ut de peccato agat poenitentiam, quod non sen-
tit, quod ipsius est gaudium et voluptas?

Morbus iste etiam eò periculosior est, quòd à secundo
principio, quòd supra memoravi, proveniat, à deprava-
tione mentis scilicet. Pccator non agnoscit peccatum
suum, adeoque ad illud deserendum minus est paratus:
et contra quàm S. Paulus dixerit, quòd et si nullius mali
conscientiam haberet, tamen inde justificatus non esset;
peccator quandoque se justificatum et sanctum arbitra-
tur, cum mediis inter innumera flagitia quædam mora-
litate bona opera peragit.

Inde fatalis illa indolentia secretumque propositum, eam, quam vivit, vitam semper vivendi. Inde habitualis illa negligentia se ipsum circa status sui munera examinandi, ne ea adimplere teneantur. Inde prae cautiones illae passivae in suavi vita, cuius commodis privari molestum foret. O quot offammati et molles! O quot voluptuosi et avari! O quot alienorum bonorum usurpatores et usurarii per hanc funestam tranquillitatem damnabuntur!

Vir iste voluptatam degustare cupit, quam ipsi peccatum suum proseravit; haec Matrona nihil de suis oblectamentis et luxu vult detrahare: omnesque concionatores et consuetiarum Moderatores non tantum apud eam efficere valebunt, ut vel unico horae quadrante citius, quam solent, mundum muliebrem aut luxum deserat. Quid mali ago? inquit, nullum agnosco. Omnes hi, prout vixerunt, adhuc vivere volunt, at quomodo moriuntur? valit agroti, qui cerebro delirium patiuntur: hi ridentes moriuntur, alii animi fortitudinem praeseferentes, isti contenti, quod se piorum hominum precibus commendaverint; illi Confessarium accersentes, quem datis muneribus, aut saltem promissis sibi faventem reddere satagunt potius, quam salutaria ipsius consilia circa iniquae vitae suae mutationem sequi cogitent, Regi Balthasar similes.

Princeps iste prius in medio concubinarum suarum adeo tranquillus adeo latus, visis digitis quasi manus hominis in superficie parietis aulae palatii sui verba enigmatica et ipsi incognita scribentis, ve homantur pertentus est. Tunc facies Regis commutata est, inquit S. Scriptura*, et cogitationes eius conturbabant eum; et compages eius solvabantur, et genua eius ad se invicem collidabantur. Adest Regina, eumque metu liberare conatur, et ait ad illum: Non te conturbant cogitationes tuae, nec facies tua immutatur, habes in regno tuo virum perspicacissimum et spiritu Dei plenum, qui vanum hunc timorem dissipabit, illum ad te venire iussos. Accurrit ergo Daniel, Rex ipsum amplexatur, deosulatur, et muneribus cumulat, ut ipsi quidpiam, quo consolatur, annunciet; et hoc est, quod peccatores prius tranquilli faciunt, quando se brevi morituros animadvertunt; prout coeperunt vitam suam finire conantur; Confessarios

* Daniel. 9.

et Moderatores quæerunt, qui terrorem, quo conuertiuntur, dissipant: contenti vixere, contenti mori solent; fatalis Sopor mentem ipsorum deprauavit et corrupit.

Denique tertium huius mala pacis principium est ipsa Deus. Vitam quietam agunt, quia nimium in Dei misericordia confidunt: ipsum offendunt, quia bonus est, ipsius patientia est causa tranquillitatis ipsorum, et ipsius gratia abutentes peccata peccatis accumulunt: Sed Deus pro parte sua de ipsis vindictam sumit par pari referendo. In ipsius benignitate fiduciam suam collocantes ipsum sine serupulo contumelia afficiunt: et Deus in hac fiducia et tranquillitate, quibus damnantur, eos relinquit.

76.

Ita, peccator, ita, Deus huic perniciose securitati tuae contribuit: Ita, Deus est, qui somno tuo et perditioni operam navat, non quidam positivè et directè, sed negativè et indirectè, quod post S. Thomam loquuntur Theologi. Nihil te commoret, nihil perturbet; Deus, qui te videt, non amplius in corde tuo excitat salutares timores illos, qui te à tuo Sopore avigilabant. Probi vicem tuam dolent, ut pedem retrahas, te qua ipsum cogites, iudicant: Sed fatuus illis, de quibus Sapiens loquitur, Similis, Saltas, vides, voluptatemque capis. Noë arcam, qua ipsum à naufragio tutum præstat, construit; vides prudentem hunc et providum Architectum, ipsumque vides; frustra te monet, frustra tibi dicit, Salva te, quietus bibis et adis, dum undique intumescantes diluvii aquæ proximum minantur exitium. Navarchæ et omnes, qui cum Jona sunt in navi tremunt ac ingemiscunt, Solus Jonas gravi Sopore opprimitur: Dormibat Jonas Sopore gravi, et tamen ipse Solus in mare, ad salvandum illius furoram, mox deiciatur.

77.

Dic huic, quem somnus occupat, peccatori, mi, frater, in extremo versaris discrimine, et in ora præcipii; nihil videbit. Aures ipsius clamoribus percutiet; nihil audiet; infernum ipsi prædica, de eo ne cogitabit quidem; de Paradiso loquere, non curabit. Est homo, qui se ipsum excæcavit, nihil amplius videt; est homo, qui aures suas obturavit, nihil amplius audit. Deus frigidum venenum maceravit, quod illi omnem sensum adimit; Deus vino sua illum inebriavit, et somno oppressit. Deus immo-

Sit ipsi Spiritum compunctionis, non salutaris conque-
tionis illius, quae, prout exponit S. Chrysostomus, quae
intuitu iudiciorum Dei cor ipsius transfigerat, sed quae
obstinatus est ~~Deo~~ amor peccati: Spiritum transpunc-
tionis et transfixionis cum peccato. His vult dicere
 S. Chrysostomus, quod Deus velut clavo fixerit at alliga-
 varit conscientiam huius peccatoris cum peccato. Cum
 duae tabulae ingentibus clavis simul connexae sunt, via
 ullâ vi disjungi possunt: at id ipsum facit Deus huic tran-
 quillo peccatori, ipsum peccato suo alligat, connectit, et
 clavo affigit. Ipsius cordis corruptio, mentis depravatio, he-
 creta Dei vindicta: eas tres clavi; seu ut me alio modo expli-
 cem, in funiculus triplex, qui difficilè rumpitur. Sed si
 difficile, non tamen impossibile, et acca media quae-
 dam vobis proponam, quibus rumpi potest.

Part 2^a Ja.

78.

Inter media, quae Deus nobis reliquit ad sanan-
 dum morbum adeò periculosum ac ille est, quo con-
 scientia peccatrix et tranquilla opprimitur, speciali-
 ter tria distinguo: nampe vehementem et conti-
 nuam ideam formidandorum Dei iudiciorum, frequens
 conscientia examen, et denique generalia omnium
 Sanctorum exemplum.

79.

Primum medium vobis melius explicare haud possum,
 quàm per excellentius S. Augustini principium, qui ob-
 servat istud timorem Dei inter et hominum esse dis-
 crimem, quod iste plerumque ab imbecilli anima pro-
 veniat, ille vero à conscientia vel jam bona, vel quae
 quantocius fieri parata sit. Magnanimus vocatur ille,
 qui neminem timet; sed respectu Dei, cum non timere fu-
 ror est potius, quàm magnanimitas, eò quod ab ejus timore ini-
 tium sumendum sit, ut cum timendo ipsum audiamus, au-
 diendo diligamus, et diligendo ad eum non amplius ti-
 mendum nos comparemus non superba quadam dicitate,
 sed continuâ ad nos ipsos attentione, et inquistâ in ipsius
 mandatorum viis ambulandi vigilantia.

cum fortis illa
 dicatur, qui ne-
 minem timet,
 perversè fortis
 erit, qui Deum
 non vult time-
 re, ut timendo
 audiat, audien-
 do diligat, et
 diligendo non
 timeat. S. Aug.

Serm. 219. De
 Tempore.

80.

Quod vos in summis vestris perversitatibus adeò tran-
 quillos reddit, aliud non est, nisi temeraria quadam
 ad Dei misericordiam fiducia; et quod fatalem hanc
 quietam turbabit, erit salutaris justitiae illius timor.
 Deum, et supplicia, quae peccatoribus minatur timentes, vo-
 bis regularis et sanctae vitae informationem adumbrabitis,

inquit S. Augustinus. Haec regularis et sancta vita in vobis bonam conscientiam efformabit, ut haec bona conscientia efficiat, ut non amplius timeatis. Vobis ergo, ab hoc timore incipiendum est, si cum quadam securitatis spe vivere velitis. Oportet, ut Regio Prophetae similes, hanc humilem orationem ad Deum fundatis: Confige Domine, confige timore tuo carnes meas, à judiciis enim tuis timui. Si charitatem perfectam habetis, tunc tranquillissimi eritis, quia ubi haec perfecta est, foras peribit timorem: at verò si in malis peccatorum vestrorum quieti estis, tunc vana est praesumptio, qua vos inflat, et temeraria securitas, qua vos parit.

Magni Sancti, et magni peccatores satis simili impetu currunt, illi ad vitam, isti ad mortem, inquit S. Bernardus. In illis est gaudium coeleste, in istis bruta satisfactio; in illis est amor, in istis induratio; in illis est effectus perfecta charitatis, in istis consummata iniquitatis fructus; in illis est veritas humilem tribuens fiduciam, in istis fatalis coecitas ad perniciosam securitatem ducens. Quorumnam estis h. m? Quorumnam esse cupitis? Deum timeate, et nihil proter ipsum adeò timeate, formidandum judiciorum ipsius cogitatione perculsi illum rogate, ut salutari quodam metu infelicem conscientiarum vestrarum malaciam turbare dignetur.

Quamnam quietam, et quamnam consolationem habere potestis, quamdiu super terram vivitis? Quamvis enormibus peccatis illis, in ^{qua} Sauli homines labuntur, vos non addicatis, qualitas vestra viatorum, qua vos in magna imbecillitate reliquit, et istud mortis corpus, quod gestatis, singulis momentis tremorem vobis incurrere debent. A patria vestra remoti, timeate, ne illuc partingatis; imò quamvis viam, qua illuc ducit, jam tenaratis, ne tamen timere desinitis, eò quòd soli ^{qui hunc} desideriorum suorum terminum jam attingere, nihil amplius timeant: Major timor sit peregrinantium, minor appropinquantium, nullus pervenientium.

Verum non sufficit timere: Nam quid prodesset illi judiciorum Dei timor, si vestras conscientias quotidie diligenter non examinaretis ac emendaratis? Haec quidem nihil vobis obiciunt, sed cur? quia scilicet earum ramorum suffocastis: illarum voces silent, sed quia loqui impedi-

Supremus atque infimus currunt absque impedimento, et absque labore: ad mortem hic, ad ^{vitam} mortem illa festinat p. S. Bern. In grad. humil. c. 12.

81.

82.

Diserte ita-
que consien-
tiam tuam, poli
superficiam
compalpata p.
S. Aug. ibid.

vistis. Ad vos ipsos ergo redite, addit S. Augustinus, ima-
cordis vestri rimata, secretissimasque ibius plenas evol-
vite. An nulla in eo venenata vena, quae in illud
depravati saeculi amorem introducat? Nullane car-
nalem voluptatum illiicia vos commovent? Nullane
mala cogitatio mentem vestram occupat? Nullumne
flagitiosum desiderium cor vestrum corrumpit? Et quam-
vis nulla vobis ad malum sit propensio, an non tamen
aliqua vobis ad bonum negligentia adhaeret? Si haec ita
sint, inquit S. Augustinus, per me vobis liceat agere
vitam tranquillam: Sed quia difficillimum et rarissi-
mum est, ut in hoc statu positi inveniamini, consi-
entias vestros examinata, certus sum, vos repleturos,
quò fatalis illa quies, quae ipsa fovuntur, turbatur.

83.

Denique vobis pro tertio medio Sanctorum exem-
pla proponi: Nimirum dicam, si contendero, quòd nec mi-
norem metum nec majorem severitatem habeatis, quam
ipsi habuerint? Inanam est vita vestra, si eorum vita
comparatur? An tot tantisque virtutibus eminenti,
ac ipsi praediti fuere? An libari astis ab illis peccatis, quae
ipsi nunquam commiserunt?

Singulis, quos gradior, passibus contramisso, inquit
S. Job, quia novi omni Deus, quod cor meum tuum non
sit, et oculi tui mei non sint, quod punios, quod puni-
ri non debere mihi imaginor. Ne intres in iudicium
cum servo tuo, inquit David, quia in conspectu tuo
nullus justificabitur. Castigo corpus meum, addit
S. Paulus, et in servitatem redigo, ne cum aliis prae-
cavero, ipsa reprobus inveniar. Hi magni Sancti in con-
tinuis mortificationibus versabantur, et tamen
semper pauebant, libique metuebant.

Quae comparatio cum delicatis mulieribus illis, quae
nullum oblectamentum recusant, et quarum consien-
tia tamen adeò tranquilla est? S. Paulus, postquam
tot ^{millia} animarum convertit, nihilominus damnari timet,
et vos Domino meae, postquam immodestis vestris
ornatibus, scandalosis vestris familiaritatibus, lasci-
vis gestibus vestris et affectionibus, iniquis exemplis
vestris tot viros pervertistis, salutem vestram in tuto
positam arbitrabimini?

S. Augustinus exponens Psalmum 80. omnium suorum auditorum animis Sanctum quemdam terrorem iniecit, et ubi vehementer commotos vidit, haec ad illos elocutus est: Contremisistis, et quid ego faciam? Primus omnium ego ipse contremisus, quidquid petui quasi-vi, ut conscientia mea pavores sopivam; sed id inutiliter quasivi. Cuncta me terrent et conturbant: gaudeo tamen, quod etiamnum vobis dicam, me velle non modo timere Deum, sed praeter modum illum timere: Nimis timens esse volo. Ne igitur agrè feratis, quod ego tanquam Pastor vobis propria mea sermo aperiam. Nam Deus avertat, ut ego vobis sem conscientia tranquillitatem, quam nec pro me ipso accipio. Non vobis do, quod pro me non accipio. Terrorem vobis injicio, verum est, sed ego ipse prior terrore concutior. Timens terras. Si securus essem, securos et quietos vos esse cuperem sicut ego: sed quia aqua magnus pavator sum ac vos, idcirco Dei justitiam aeternamque ignem perhorresco: Securos vos facerem, si ego securus essem: ignem aeternum timeo.

Quod si igitur Sancti, qui fuerunt amici Dei, a quo diutinis mortificationibus servierunt, in tam magno timore vixerunt, an bonum omen est, quod vos in tam magna securitate vivatis? ad solum mundum reprobum gaudere pertinet: Mundus gaudet, tristitia vero et lacrymae vobis cadunt in partem: Vos autem contristabimini. Sancti nunquam in perniciose securitate vixerunt, et ad ipsorum exemplum vos remitto, cum timor ista, id forte solum sit, in quo eos imitari potestis.

85.

Equidem ipsorum heroicum zelum, ardentem amorem, asperinum vitae genus, miracula, prophetias, magnanimitatem, inter carnificum manus intrepiditatem admirari potestis; sed quia haec naturales et supernaturales animi affectiones eadem in omnibus non sunt, ita etiam Deus non ab omnibus exigit, ut eos in peculiaris actibus istis imitentur: unicum formae est, in quo id fieri potest, quodnam vero illud est? nempe timor est, quem ipsi habuerunt, et illius ratio:

Ut Deum, sicut Sancti, timeatis, sufficit, ut eadem ac ipsi generali animi affectione praediti sitis: atque ipsorum generalis animi affectio erat, quod gratiam amit-

86.

tera possent, ac in pavatum labi; id ipsa ipsorum conscientiam semper inquietam redderet; et cum ratio haec nunquam vobis desit, quin è contra magni peccatores estis, sine intermissione timere debetis, nec unquam cessare, quòd conscientia vestra de nullo vos arguat.

Nam unde ipsa vos securos reddere possit? fortè ex parte bonorum propositorum vestrorum? Sed nolim, inquit S. Hieronymus*, ut vestra bona proposita vobis superbiam quandam intrapiditatem inspirant: Sed è contrario cupio, ut vos ea non adimplerisse metuatis. Nolo superbiam habeas de bono proposito, sed timeas de non adimplato.

Fortè ex parte fidelitatis, quam Deo exhibuistis? Id ne seris attenditis, quærit S. Prosper^{us}, jactatis vos prolium inisse victoriamque reportasse; valde timeo, ne eam portea amittatis. Hostis vester succumbit, verum est, sed vires denno sumere potest: Ne ergo jactetis proelia, quæ fortiter sustinistis; sed potius ea, quæ adhuc vobis sustinenda sunt, timeate. Non te securum faciant desudata proelia, sed te magis timidum inveniant rediviva certamina.

In Ecclesia triumphante beati vident et amant, inquit S. Augustinus; In Ecclesia purgante anime patiuntur et satisfaciunt; sed in militante homines agere, pati et timere debent. In caelo Beati amant Deum et non timeant. In inferno Dammati cum timeant et non amant, et hic in mundo oportet, ut cum timeamus et amemus, ne dies veniat, quo cum amare non amplius possimus.

De Conscientia

Sermo Secundus.

Pro Jac. 2. post
Rom. 1. Adhuc.

Surgent pseudo-Christi et pseudo-Prophetae, et dabunt signa magna, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, electi. Matth. 24.

87.

Si unquam hæc Jesu Christi Prophetia adimpleta fuit, tum val maxime in hoc, quo vivimus saeculo, adimpleta fuisse Dei potest. Omnia in eo pseudo-Christis, et pseudo-Prophetis abundant, moralis et doctrinae puritas singulis diebus infirmatur: quo magis in ætate provehimur, eo magis factiones et contentiones auferuntur. Hi volunt esse Caphæ, isti Apollæ, pauci Jesu Christi. Eorum omnium, quæ in primitiva Ecclesia observata fuere, vix quidquam præter memoriam extat, et similes iis antiquis nobilibus,

onibus ex illustri familia sua nihil præter insignia sine hereditate et facultatibus est reliquum, in Christianismo vix aliquid præter hujus præclari nominis umbram retinemus.

Inde imperia divina in nos justitia deivata adremus: sed simul magnam hujus confusionis partem Pseudo-Christis et Pseudo-Prophetis illis, qui conscientias depravant, attribuamus.

eorum aliqui ex zelo et immo-
dica severitate sanctitatem et salutem in summa perfectionis exercitiis collocant; nihilque nisi solitudinem et seorsum, cilicia, separationem à mundo, et omnis delectamenti privationem prædicant. Vultisne invenire Christum? à limitibus professionis vestre exite; in deserto est, ibi inveniri potest: Euse in deserto est. Pseudo-Prophetae vobis fidem non adhibeo; estis iniqui ductores, intempestivum nobis inuitatis terrorem; à statu nostro exhibimus ut ibi eum quæramus: Si dixerint vobis, Euse in deserto est, nolite exire.

Alii ex quadam Morali nimis commoda et adulatrice conscientias perniciosam securitatem tribuunt. Nec mortificationem, nec solitudinem curate, inquit, Christus est in interiori domuum vestrarum, in illis lumnis academiis, in illis profanis conventibus, in illis sacretis conclavibus, ubi illecebrosarum blanditiarum, faustiarum, usurarum, et simoniarum exercitia peraguntur. Pseudo-Prophetae, naque vobis credo, nec, ut vobis credam, vult Christus: Euse in penetralibus, nolite credere.

In hac perplexitate positi, quid agatis? Inter has binas vias ambulate. Relinquitte hos Pseudo-Moderatores, hos imprudentes et improbos Camistas: nec nimia severitas, nec nimia indulgentia. Tantur conscientia, illas contrahi oportet: Tantur conscientia nimis arcta, dilatarsi debent: Conscientias, quas laxata moralis nimium tranquillitas afficit, timorem inspirare oportet; at vero prudenter eas consolari et quietas reddere, quas temerarii scrupuli pavidas effecerunt.

Cum dentur semitæ Dei, et semitæ mundi, ac sapè in saucili corruptione hæc pro illis sumantur, vel manime nostra interest ductores habere seuros et fideles, qui nos in eis ducant, quas ambulare oportet. Inveniuntur Balbami, qui à recta via deflectunt, et quos An-

88.

Divisio

49.
Parti ma

gulus Domini cohibere debet, quemadmodum dantur Elia, qui semitas, quas ambulare tenentur, inveniunt, et quos Angeli ulterius progredi jubent.

Non nisi veritas has semitas tenendo nobis bonam conscientiam efficere valebimus, et felix ille, qui, ne sibi nimis latam et nimis tranquillam efficiat, metuens Deum cum Otophata Regis hiea alloquitur: Vias tuas Domine demonstra mihi et semitas tuas edoce me.

Quare, Auditores, David viam Dei nuncupat semitam! Ideò, ajunt Interpretes, ut scilicet hac expressione nobis significat, quòd lata via ad Deum non ducit, ac nos ipsos periculose fallamus quando pseudo-plauita horum ramiforum Casuistarum sequimur, qui nos ambulare faciunt vias spatiosas, quas ipsorum error excoegitavit.

Nunquam ad ipsorum falsa principia conscientiam tranquillam nobis efformemus, spatiosa via illa non nisi ad perditionem ducunt: vel coeci sunt vel hypocrita, qui alios coecos ducunt simul cum illis cadent in precipitium: Arbo in forsam cadent: coeci sunt et ducunt coecorum.

Aliqui ex coecitate has vias dilatant, effanatam illam vivendi licentiam solum condemnando, cuius enormitas conscientias etiam minus timoratas terret, et sine serupulo ordinariis peccatis mortalibus se implicando, quae à Deo tolerari arbitrantur, quia in mundo communia affecta fuerunt. Alii hypocritica scrupulositate levissimos usus, qui praecipi non sunt, amplecti exteriùs detraherent, dum clam in turpissima vitia, quae ipsis sunt prohibita, prolabi nihil ducunt.

Primi distinctionem inter Dei praecapta ad arbitrium suum effringentes, quorundam transgressionem velut crimen poena dignum, et aliorum infractionem velut fragilitatem, quae veniam mereatur, reputant. Quamprimum de homicidio loqui audiunt, cum ipsorum conscientia terrore conterritur et consternatur: Sed lenitur et tranquillatur, ubi non nisi de detractionibus et usuris agitur. Vitam homini tollere sibi ducunt horrore; at grata ipsis est occupatio utilisque Studium illum famam et facultatibus spoliare. Ad perjuriam et blasphemias infremunt delicata haec anima, utpotè quae ferre non possint, quòd Deus contumeliosus efficiatur: Sed simul nihil reputant ipsius imaginem

impetere frequentibus execrationibus, quibus se se mutuo
 prosequuntur, reciprocis imprecationibus, quas maritus
 in uxorem, et haec in illum, pater in filios, hi in patrem,
 heus in servum, et servus in haerum evomunt. Rapina
 et furtum sunt ~~hijis~~ abjecta flagitia, quae desideria suggere-
 rit, et Desperatio exequitur, et tragicus finis ferre sem-
 per sequitur. Attamen talis, qui in viis publicis grassato-
 ram agere ambicaret, latro in suo conelavi esse non va-
 ratur, dum litigatores calami ductibus ne non multi-
 plicatis ac superfluis litis actionibus spoliatur.

Matrimonii sanctitatem flagitiosa libidine viola-
 re, peccatum est, cujus solum nomen terrorem inuitit.
 Scandalosa morum licentia in vagam effundi luxuriam
 crimen est, quod pudorem et modestiam laedit: Sed men-
 tam suam inhonestis cogitationibus, et cor suum lascivis
 desideriis permittens, leves amores, illaebrosasque con-
 suetudines fovere; ad haec tranquilli manent: quasi vero
 licitum foret desiderare id, quod perpetrare vetitum est;
 quasi vero Christus non dixisset, quod quicumque mulie-
 ram intuitus fuerit oculis concupiscentiae, in corde suo jam
 cum ea peccaverit.

Jugenti scrupulo sibi vertunt Dominicanorum et Hes-
 torum Sicorum sanctitatem labore quodam violare; sed
 eodem vanis oblectamentis, aleis, longis haeduationibus,
 choreis publicis, vini exuperantia profanare nihil du-
 cunt. Excruanda conscientiae tranquillitas! via! la-
 ta et spatiosa, quot Christianos perdis! sibi unum ve-
 rant, caetera sibi permittunt: à vitis, quae ad genium
 suum non sunt, abstinent, sed sine remorsu ea degus-
 tant, quae sensus cordisque proclivitatem demulcent. At-
 tamen Lex Dei unica est et indivisibilis, idem Spiritus
 eam suggerit; eadem manus illam attulit, idem premi-
 um eademque supplicia ei sunt adigata in consolatio-
 nem aliquorum, et in condemnationem aliorum.

Igitur vos ipsos fallitis o coeci, cum ad eos falsis innixi
 principis vos in via Dei ambulare, et conscientiam vos-
 tram quietam reddere arbitramini; Vos quoque fallimur
 ni, qui ex affectata scrupulositate ac devotione levissi-
 mis pravibus inhaeratis, dum interim sine scrupulo gra-
 vissima praecepta violatis.

Tales erant Pharisei tempore Jesu Christi, foris refor-
 mati, intus corrupti, ante refectionem manus lavabant,
 et in cordibus suis inwateratas sordes relinquebant: crateros,

è quibus bibebant, diligenter mundabant, et animae ipsorum rapinis, odio, invidia, et vindicta erant repletae.

Hujusmodi etiam nunc sunt tot Christiani, qui eandem, ac illi, vitam agentes, etiam, quemadmodum illi sine conscientia sunt. Midae Devotionis praxes amplectuntur, et eas, ad quas obligantur, omittunt. Quidquid sibi ex genio et levitate praescribunt, ipsis inviolati usque esse videtur; et quidquid ipsis Ecclesia prudenter suadet, Deique justè praecipit, id velut communem praxim habent, cui se submittere non debere arbitrantur.

93.

Juxta regulas tam molles Devotionis, et quae ad eos tranquillios efficit, exteriora sua ad modestiam comparant, quae ipsorum interiorum, quae repleti sunt, vanitatem occultat. Minus solliciti Deo placere, quam hominibus, vestibus omnino modestis, et in quibus nullus ad saeculi morem ornatus appareret induuntur, dum interim anima ipsorum teperrimam peccati, cui se totam dedit, vestem gestat. Ipsorum sermones lacte et melle fluunt, at ipsorum cogitationes, sal et indignationem ferunt. Ita compositi, ita ornati, ita conformati omnia reprehendunt, nihilque ipsorum censuram effugit. Omnia, praeter se ipsos, reformare volunt. Ex Devotione aliena fama obtrahunt; ex pietate cavillantur; ubique dissidia serunt sub praetextu ea sedandi; in antiquissimas et optimè stabilitas consuetudines invadunt, ut novas substituant, et observandis alienis vitiis continuè occupati, ad proprias suas imperfectiones nunquam attendunt.

Hec sunt, Christiani Auditores, conscientiae nimium tranquillae, quas turbare oportet, et via nimis lata, quae antari debent. Idque aliter praestare non valebimus, nisi tot remissis et commodis Camistis diffidamus, qui arcem ad invensam mundum, cum Deo, lupam cum te-nobris, Belial cum Jesu Christo conciliandi; Si dixerint, Euse in penetralibus, nolite credere. Id, inquam efficere non poterimus, nisi perniciose morali ipsorum Legem Dei opponamus, quae nobis in vis nostris dux sit, in nostris deliberationibus consilium, in nostris dubiis regula; Legem puram, fidelem, incorruptam, quae testimonium de nobis, et qui simus, reddet, nosque in nostro officio continabit; Legem, extra quam deviamus; sine cujus meditatione et praxi certò periremus. Nisi quod Lex tua meditatio mea est, fortè perirem; Le-

geni denique, à qua nunquam abscindere debemus, si bonam conscientiam nobis efficere cupimus: Similes in hoc ancilla fideli, cujus oculi sunt in manibus Dominae suae: Sicut oculi in manibus Dominae suae: ita oculi nostri ad Dominum

Ad hanc expressionem attendatis, velim, Sicut oculi ancillae alicujus sunt in manibus Dominae suae, ita etiam oculi nostri debent esse in manibus Dei. Nemo ponit oculos suos in manibus illius, quem intuetur, sed sunt semper in arbitrio illius, qui videt, et nunquam in voluntate et potestate alieni. Quid ergo sibi vult propheta Regius?

Scilicet vult dicere, quod obtutus nostri non debeant esse obtutus speculativi, quorum sola pulchritudinis, excellentiae, immensitatis, et recti ordinis Legum Dei contemplatio finis est; sed obtutus practici, qui nos manu operi admovere faciant; obtutus, qui nos in integritate harum Legum observantia contineant, atque ad ea, quae nobis praescribunt, sine discrimine et exceptione adimplenda impellant. Hac continua meditatione et accurata praeconscientias ita conformabimus, ut nec per excessum, nec defectum, nec vanam fiduciam, nec immodicos scrupulos peccent.

Nam si periculosus in ordine salutis est error, sibi largam efficere conscientiam, sub cujus praesidio Deum offendamus, etiam molestissima illusio est, sibi scrupulosam efficere, cujus frequentia et importuna dubia nobis timorem afferunt, ne illum in omnibus offendamus. Ambae haec viae animam à Deo removent. In una ipsa aberrat per temeritatem, viam nimis ^{latam} arripiendo; in altera deviat per scrupulum nimis ^{arctam} ambulando. Prioris corruptelae quaedam media afferre conati sumus; modo videamus, num quaedam praescribere valeamus, quibus molestiae hujus consecutiones impediantur.

Ut cum successu morbi alicujus sanationi datur opera, causae illius perquiri debent; adeoque, ut cum utilitate sanandis timoratarum animarum scrupulis opera impendatur, necesse est, ut illorum principia examinentur. Atqui animadverto, quod hi scrupuli pro-

Part 2 da
95.

96.

nire possint vel ex parte Daemonis, qui nos perdere satagit, vel ex parte Dei, qui nos vult probare.

Ubi Daemon desperat, se posse animam, sive doloso voluptatum illicio, quas ipsi proponit, sive inani honorum et facultatum, quas ipsi promittit, splendore ad peccatum inducere, non tamen propterea spem omnem abjicit; sed solummodo aliam viam tentat à praetensa conscientia tenebrositate opem mutuando, qua favente in oculis nostris minimas imperfectiones exaggerat, quas velut enormia peccata nobis depingit, in via nostra lapides offensionis ponendo, qui nos morantur, relictas velut vetitas praxas nobis exhibendo, atque tandem ad hanc fatalem necessitatem nos redigendo, ut vel nihil, vel non nisi malum operamur.

96.

Ubi anima eò usque devonit, tum in suis Sanctificationis exercitiis non nisi tremebunda graditur, et quemadmodum omnia, quae coacta parantur, molesta evadunt, ita etiam ipsa ex scrupulo statim id praetermittit, quod ex devotione susceperat agendum. A frequentatione Sacramentorum recedit, verita, ne abutatur. Bonorum operum exercitia deserit, arbitrata, se quidpiam perfectius inventuram; nobiles illos Zeli sui impetus suffocat, nimium vehementis naturae impetus sequi verita; denique velut suspensa haeret et immota in adimplentione numerum suorum ex metu, ne malè ea obsat, et sic bonum omittens brevi in malum labitur.

Profectò, si Sacris Conciliis et SS. Patribus fides, nunquam licet agere contra ~~veritatem~~ internum propria conscientia iudicium, etiamsi erroneum sit aut dubium:

* Cons. Lata. * Non licet operari ex conscientia vel errante vel dubia.
can. 41.

Et nimisquam saepe evenit, quòd id, quod ex se peccatum non est, per accidens fiat peccatum, quando tale creditur, et ut tale creditum perpetratur.

Arbitrari e.g. honestam, quam copis, animi relaxationem, ambulationem refocillationis gratia factam, lusum, cui te immittis, quò per aliquod tempus mentem aliis curis liberam praestes, vinum, quod Stomachi roborandi causa sumis, verbum factum recedendum astantium ergo prolatum, naminèque cadens, arbitraris, inquam, haec omnia esse peccata: hinc in

quocumque demum errore vereris, mortaliter tamen peccas, si tibi imaginaris, ea esse peccata mortalia; et venialiter, si peccata venialia esse putas. Cur hoc? quia nunquam tibi licet agere contra internam conscientiam tuam dictamen.

Funesti scrupuli anima nimis timorata, et conscientia nimis arcta! Scrupuli, qui à demone proveniunt, et qui sunt velut tot obstacula, qui animam in via salutis remorantur, atque brevi in viam perditionis agunt precipitem; ibi trepidaverunt, ubi non erat timor. tranit, ubi nullus tremandi, ubi non erat timor; locus; peccat, ubi nulla peccati materia, illidit et perit, ubi nulli scrupuli. Quam deplorandus est hic status illius, cum ex eo supplicium suum faciat, quod ipsum firmare debebat, et quod propriis suis remorsibus cadens in praedam, sepe subistat, ubi progredi debebat.

Tum, inquit quidam peritus Theologus*, Damon ex permissione Dei humores malarconicos, et imaginatio- nis species ultra modum agitatur, ut eam perturbat, ac intellectui res aliter, quam sunt, exhibeat, quò misera haec anima, quae alias peccatum maximè abhorret, frangatur et consternatur; dum se consecratisse putat. Tum, inquit Gerson, malignus hic Spiritus ex fluiditate et inconstantia imaginationis hominis alijus proficiens, interdum pias etiam adhibet cogitationes, ut in arduas et impias eum conjiciat, modò lectione libri alijus, qui de praedestinatione et gratia tractat; modò tamerario zelo quodam reformandi abusus laeva doctrina, quae vitari debet, per immoderatam et Spiritui Jesu Christi contrariam morem; modò quarundam imaginum representatione, quibus nimis fortiter inhaerens in turpes labitur imaginationes, quae ipsi cum quadam desperationis specie persuadent se esse reprobatum, et à Deo derelictum.

Adhuc his omnibus, quòd Deus ipsamst subinde nostrorum scrupulorum quodam modo causa sit? Nihil varius, si animadvertatur, quòd, cum hi scrupuli sint tentationes, ipse sit, qui suos tentat, exercet, et probat. Tentat nos Deus, inquit magnus quidam vir, cujus Scripta inter S. Bernardi opera habemus*, ut sciat, si diligamus

97.
* Rodericus 99.
Can. 12. reg.
Tom. 6. q. 66.
a. 2.

98.

* Guibaldinus
Abbas S. Theo-

Jonii ad fratres
de monte Dei.

eum, an non: non ut ipse quasi rescians agnoscat, sed ut planius hoc in ipsa tentatione nobis innotescat. Ita, Deus est, qui nos tentat, ut sciat an ipsum diligamus, necne, non quod hac cognitione indigeat, cum omnia sciat, sed ut nos ipsos nobismet ipsis representemus, et sic perfectiorum rem veri animae nostrae status cognitionem habeamus.

99.
Deus scrupulis in-
stimulat capi-
dos, ut imper-
fectiones fu-
giant; aut pro-
bat fervidos, ut
tanquam in for-
nae purificet.
Jacob. Alvarez
De victoria ten-
tationum part.
3. c. 12.

Ita, inquam, Deus est, qui nos tentat, atque scrupu-
lis et poenis nostris tradit, sive ut nos in tempore nostro exi-
tet, sive ut in nostra superbia humiliat, sive in nostro ferve-
re exerceat, sive ut gravibus inquietudinibus puniat, ad
quod in nimis magna et perniciose securitate vineri-
mus. Olim aberrationum nostrorum tempore viam
nimis latam tenabamus: post nostram conversionem per-
mittit, ut in semitis nimium artis ambulemus. Olim
nihil nobis scrupulum aliquod injiciabat, modo sinit, ut
omnia nos inquietent ac perturbent: justum supplicium
nimis magna ad eum offendendum facilitatis. Quanam
ad hoc remedia? Vitae spiritualis Magistri communiter haec
nobis proponunt: perfectam voluntati divinae submissio-
nem, integram ad Superioris, prudentisque et pii Mo-
deratoris mandata obedientiam.

100.

Dei voluntatibus perfecta submissio, primum reme-
dium, quo conscientia nimis aeternae poenis liberemur.
Fidelis Deus in suis promissis, non permittet, inquit Apos-
tolus, ut supra vires vestras tentemini, et quia à vobis
nihil aliud proster humilem subjectionem voluntatis
vestrae ad suam expetit, quamprimum illius testa si dade-
ritis argumenta, ab illis molestiis vos liberabit, in quibus
perissetis, si ipse vos omnino deseruisset.

Quamprimum Abraham proprii filii sui immola-
tioni consentiens ipsi coccam suam obedientiam mani-
festavit, bonam ipsius voluntate contentus, non permittit,
ut dilectus suus Isaac moveretur. Statim ac vos ei vera
vestra obedientia signa edideritis, non etiam patien-
tur, ut sub tentationis gladio anima vestra pereat: à
vestris poenis vos per suam gratiam liberabit, arctem
substituendo, id est, daemone victoria, quam de scrupu-
lis vestris imaginationibus reportabit, humiliatum.

101.

Obedientia accurata Superioris, prudentis et pii Mo-
deratoris voci, secundum remedium. Idem adhibuit
S. Theresia, ut à suis inquietudinibus et perturbationibus
sanaretur. Ipsam in sua vita memorat se in labyrintho
scrupulorum vix non perisse, quibus mens ipsius

circumdanda erat, et quod se iis implicasset, nisi Deus ei inspirasset, ut peritum Moderatorem adiret, à quo ex his periculis liberaretur.

Santa erat erga suos Moderatores obedientia, inquit Gregorius Papa XV^{us}. ut ad illorum consilia non modo omnes suas exteriores actiones profunda humilitatis effectu dirigeret, sed etiam ipsorum voluntati omnes suas cogitationes subiceret, eò usque, ut Jesum Christum, qui eam suis visitationibus honorabat quibusdam inofficis verbis excipere, excellentemque librum pietatis, quem in Cantica Canticorum composerat flammis addicare consensavit.

* In Bulla Canonisationis.

Igitur si ad ad spirituales et illuminata Sancta cum tam perfectâ obedientiâ Moderatorum suorum voluntati se subiecit, quò scrupulis suis liberaretur; Quid vos in vestris agere non debetis? et que auxilia vobis non obvenient? Hi Moderatores cum S. Augustino vobis dicent, non esse peccatum, nisi sit voluntarium, nisi mens vestra cum attentione illi immoretur, nisi cor vestrum cum delectatione illi inhareat.

Dicent vobis cum Gersono, quòd haec turpes aut impia cogitationes, quae vos in terribiles inquietudines conjiciunt, potius animam vestram purificant, quam illius pulchritudinem obscurant, et quòd labor, quem iis oppugnandis impenditis, pro vobis novum meriti sit argumentum: Non delectant devotos, sed cruciant, et patientis animum magis purgant, quam maculant. Adhuc cum ipso vobis dicent, magnum intercedere discrimen inter ea, quae ex libera voluntatis vestra electione et determinatione in vobis fiunt, et ea, quae vobis invitis ex effectu partis inferioris et animalis accidunt.

Vobis suadabunt: et haec Morali finis: ut Jesum adoretis, ipsique cum magno fervore et humilitate dicatis: Nosti Domine imbecillitatem meam, et utut leves sint scrupuli, quos sentio, castus tamen sum, quòd in peccatum me induerent, nisi gratia tua adjuvares. Me ergo inter brachia tua conjicis, luto bona voluntatis tuae me proteges adversus tot tela, quae salutis meae hostis in me vibrat, ut nullo vulnerar.

Documenta Moralia
Sensa Patrum et Theologorum
circa Conscientiam.

102.

I.

Conscientia, juxta Theologos, tria sunt praecipua munera, quae David Psalms 18. indicavit, quorum primum est, ut Deum cognoscamus, secundum, ut nos ipsos nobismet ipsis representemus, tertium, ut nobis justam boni et mali ideam exhibeamus. Unde eam vocat 1^o Legem Dei, Lex Domini, ut nos doceat, quod prima hujus conscientiae functio, quam Guibielmus Parisiensis velut cordis legem et Evangelium suscipit, sit, ut nos prius huic principio et huic ultimo fini adstringat. 2^o Nuncupat eam testem fidelaem, testimonium fidele, ut nobis significat, quod, quando cum possibili aequitate et ingenuitate eam consulimus, non nisi bona et salutaria nobis praebet responsa. 3^o Eam intuetur velut sapientem Magistram, quae nobis Spiritum circumspeditionis et sapientiae tribuit, quò rectam viam accipiamus, et à malâ recedamus, Sapientiam praestans parvulis. Haec media vox conscientiae pura est, fidelis et sapiens; pura, à Deo provenit; fidelis, continuè nobis pro Deo loquitur; sapiens, officii nostri nos admonet, et ad Deum ducit.

II.

103.

* 1. Tim. 4.

* Sap. 17.

Dantur mala conscientiae; dantur coinquinatae et impurae, quas Apostolus gangraena tabidas et cauteratas, nuncupat: dantur inquietae et perturbatae, quas in continuo pavore esse ait Sapiens*; dantur fluctuantes et erroneae, quae falsis ducuntur principiis. Sed apprimè duo sunt distinguenda, quae communiter inter se se distinguuntur confunduntur; veritates nempe fundamentales, et easundem ad proximam applicationes. Nam ferè idem de voce conscientiae ducere possumus, quod de ratiociniis nostris dicimus. In his ratiociniis quando prima propositio vera est, secunda verò falsa, tunc etiam conclusio falsa erit, quia semper sequitur partem debiliorem: Sed an propterea à hac prima propositio quidquam de sua veritate amittit? Non procul dubio, sed manet id, quod est. Similiter duo in conscientia distinguere possumus. Veritates, quas ipsa nobis proponit, et id, quod propheta lumen Dei frontibus nostris insulpa-

trum nunquam, consequentias, quas ex his veritatibus deducimus, et speciales applicationes illarum, quas facimus. Atqui quisquis demum error his applicationibus et consequentiis insit, nec tamen hæc veritates quidquam virium suarum, nec lumen istud quidquam puritatis suæ amittunt.

Exempli gratia constans veritas est, quod omnes salutem nostram operari teneamus; sed si stabilita hæc veritate, aliam propositionem inferamus, quod scilicet, ut salvemur, teneamus absolute omnia bona nostra vendere, mundam relinquere, et religiosam vitam amplecti: hæc applicatio falsa est, quia multi divites, quamvis mundi impedimentis irretiti, salutem suam sunt consenti, et si quis ex hoc falso principio, quin qualitates et vocationem necessarias haberet, Religiosus fieret, procul dubio falsa esset conclusio ex mala propositione deducta: sed unde hic error provenisset? ex mala falsa propositionis applicatione: at prima semper esset infallibilis, quia verum foret dicere, quod nos omnes salutem nostram operari teneamus, quamvis falsum esset inferre, quod, ut quis salvetur, absolute Religiosus fieri, et mundum relinquere et deserere debeat.

III.

Hæc ratioque vox conscientie semper est pura, fidelis, et sapiens; pura, quia non obstantibus erroribus applicationibus, nihil de sua veritate amittit; fidelis, quia frustra obnitente pravorum affectuum clamore, pro Deo semper nobis loquitur; sapiens, quia frustra renitentibus demonis et amoris proprii fraudibus nos nostri officii admonet, viasque ostendit, quæ ad Deum ducunt.

IV.

104.

Ut ut iniqui simus, hæc prima veritates, hoc lumen et impressiones, quas à Deo recipimus, pro ipso nobis loquentur. Quid agendum sit, sumus, nobis prædicatur Evangelium, nobis ante oculos ponitur exemplum Jesu Christi et Sanctorum, conscientia nostra nobis dicit: Ecce quod ipsi egerunt, quod et tu, sicut illi, facere potes; sed proprio nostro infortunio, cum eam audire debueremus, non nisi cupiditates nostras consulimus, Judæis similes, qui cum ad prophetas consilium ab ipsis petituri accedere debuissent, ad aristas et præstigiatores se conferebant.

V.

Non aecedimus conscientiam nostram, haec enim incommodus propheta foret, ipsius, sicuti S. Joannis Baptistae, vox sine intermissione clamaret, Non licet. Vir negotiose, piraticus et injustitiis tuis te damnos, que agis, non sunt licita, Non licet. Mulier mundana, haec privatae familiaritates sunt tibi vetitae: frustra dicis, te nihil mali perpetrare, tibi inelamat tua conscientia, Non licet.

Ad haec fatalis quaedam temperatio adinvenitur. Vir ille negotiosus omnia impendit, ut conscientia sua silentium imponat; seque ipsum sine scrupulo decipere possit, quarit alios, qui ipsum faciant, Confessarios, Coniuratosque vel imperitos vel laxos, vel propriis commodis addictos, qui ipsi dicunt, necessarium haud esse, ut per restitutiones suas se propriis bonis spoliet, sed sufficere, si liberis aut heredibus suis injungat, ut post mortem suam bona ab ipso male parta restituant. Haec mulier mille pretextus quaerit, quos iniquam suam vivendi rationem culpa liberet; se nihil mali agere ait; potiusque vitam quam honorem amissuram; vicium idem, cujus consuetudine utitur, intra duorum vel trium mensium spatium discurrere. Sic nititur corrumpere testimonium sua conscientiae, sique silentium imponere. at hoc est impossibile, haec est vox Dei, ipsaque ei dabit insolitam vim ut audiat: Habit voci suae vocem virtutis.

VI.

105.

Haec occasione id agimus, nempe nostram conscientiam ad sjudicandas et ordinandas res nostras utimur propensum ~~retinere~~ sicut conspicuibus illis, que objecta modo admovent, modo removent, modo minuunt, modo augent. Hinc peccatum, velut quid tam atrox et horribile intuemur, ut in illud labi nos posse nobis imaginari non valeamus; illinc vero actiones nostras tanquam indifferentes contemplamus, ita, ut eas idae, quam nobis de peccato efformavimus, comparantes, nullum iis inesse malum nobis persuadeamus. Obvocationem secundum id, quod malignius continet, respicimus, ubi videlicet invidia eam suscitatur, oriturque, mendacia et susurationes annunciant: et haec ratione nihil nos mali agere putamus, dummodo nostram ad haec extrema non perducamus, nec veritatem laedamus, tum enim adversus charitatem peccare nihili ducimus. Justitiam divinam velut à nobis longè distantem intue-

mer, quamvis proxima sit, ipsiusque misericordiam ve-
lut peccatori indulgere paratam, quamvis ab eo procul sit.

VII.

Peccator frustra nitens: hac conscientia non tacebit.

105.

Nunquamne usque ad portas mortis fuisti? rorata ea,
quae tunc in animâ tuâ peracta fuere, agitationes illas,
remorsus, perturbationes, pavores et angores terribiles,
quos passus es, cum in mortis periculo versaberis. Infelix,
quid egisti? quid sperare potes? quid timere non debet?

Iter impiorum peribit, inquit Propheta: Similes
sunt iis, ait S. Augustinus, qui postquam per totam diem
vias pulchras et tritas ambulaverunt, profundâ ingruente
nocte has vias ingenti flumine terminari deprehendunt,
quod transire non possunt; ita, ut, cum, ponte navique
deficientibus, alteram fluminis huius ripam tenere non
valeant, remanere, aut se submersionis periculo expo-
nere cogantur. Peccatores vitæ suæ tempus transigunt
in lusibus, deambulationibus, spectaculis, conviviis: Haec
sunt viæ pulchrae et spatiosae, quas innumeri alii tenent;
sed in morte, quæ velut ingens flumen est aeternitatem
à tempore, et coelum à mundo separans, finem accipiunt;
et hoc ipsos terrore concutit, quod videant se ab istis viis de-
sari, et perituros.

Audite quomodo exclamant: Ergo erravimus à viâ ve-
ritatis: terribilis conscientia postterrefacta et inosolabilis
reprehensio. Funesta consequentia, sed quæ sequitur ex
principiis, qui ipsimet stabiliverunt. Dum viverent, non
aliud quaesierunt, quam ut in voluptatibus tempus tran-
sigerent, et in morte tempus etiam pro ipsis erit transac-
tum. Toto vitæ suæ tempore non nisi profanis oblecta-
mentis se occupaverunt, et in morte iustitia divina illos
irridabit.

VIII.

Conscientiam nostram audire detrectamus, quando
ad obvetandum peccatum ipsius objurgationibus uti posse-
mus; invitati eam audire cogemur, quando peccati nostri
supplicium in inferno feremus. Vermis iste in hac vitâ pec-
catores non stimulat propter ipsorum duritatem et indolenti-
am, sed in altera stimulat, nec morietur.

IX.

107.

Ignorantia, consuetudo, et cupiditas sunt tres graves cau-
sae falsa et mala conscientia. Munera nostra non agnos-
cimus, nec agnoscere volumus, an ignorantia est et malitia.

Quod alii agunt, id et nos agimus, ac sicut ipsi vivimus, ita facti inter homines consuetudo et usus. Propensionem nostram sequimur, an cupiditas. Ignorantia peccatum occultat, consuetudo obfirmat, cupiditas justificat: hisque rebus omnibus simul concurrentibus, vel maxima peccata nullum formam scrupulum nobis injiciunt. Contendimus, justum id esse, quod agimus: non modo propensionem nostram sequimur, sed insuper nobis permanere volumus, nos eam posse sequi, ab iis mentem nostram avertimus, quae illam ad veritatis agnitionem adducere possent, eamque ad ea convertimus, quae ipsam corrumpere valent. Tantum abest, ut super dubiis nostris erudiri audeamus, ~~et peritos~~ nulla habere conamur. Tantum abest, ut peritos suisque non studentes viros consulamus, à nobismet ipsis capimus consilium, et quod per malignam censuram aliis non condonaremus, in nobis ipsis excusamus, atque molli quadam indulgentia, justum censemus.

X.

108.

Pax, quam nobis bona conscientia tribuit, nihil suavius magisque consolans; nihil amarius nae intolerabilius, quam perturbatio, in quam nos mala conscientia remorsus conjiciunt. Ut ut afflicti simus, in nostris calamitatibus bene nobis erit, si Deum inter et nos probe conveniat. Ut ut potentes et in veneratione apud alios simus, in medio oblectamentorum nostrorum mali ~~non~~ habebimus, si nobiscum Deo et nobis ipsis male sit, inquit S. Chrysostomus.

XI.

109.

Nemo est, qui pro fine actionum et consiliorum suorum voluptatem sibi non proponat; sed pauci norunt, in qua voluptas et felicitas ista consistant. An in divitiis? Si hoc esset, tum utique divites molestias carerent; et tamen quot et quantis inquietudinibus et pavorebus devorantur? Vel levissimae adversitates ipsis videntur intolerabiles, eo quod eisdem non assueverint, dum intarim pauperes, qui illarum longam tenant experientiam, consuetudine, quae in iis voluit indurire, illas minus acerbis invariant.

An in sanitate? Haeu quam fragile bonum! imò quam imposturum, cum aliis vitae commoditatibus est destituturum? An in eminentibus dignitatibus? Reges ipsi non nisi super spinas ambulant, ipsorumque altitudo plerumque nihil ipsis prodest, nisi ut molestiam ipsorum auget. Non tantum potentiam vicinorum suorum timeant; sed internorum etiam hostium conspirationes ipsos interdum magis perterrant, quam externorum.

rum bella; et ut cum laudato S. Patre loquar, pauciores
sunt Oceano fluctus, quam Principibus inquietudines.

In quo igitur consistit haec satisfactio atque felicitas,
quam quaerimus? In eo, inquit Apostolus, quod in Deo
gaudeamus ob testimonium bonae conscientiae. Om-
nis alia letitia ab hac separata, non impedit, quin
vita calamitates acriter sentiamus. Sed bonae con-
scientiae gaudium animam tot suavitatibus replet,
ut eam ad molestissimas fortuna vicissitudines reddat
insensibilem. Tum inter procellos aequa tranquillitas
sumus, ac ii, qui litibus tenent; atque in medio fornacis
ardentis positi impassibilitatis quamdam speciem inve-
nimus illi similem, quam habuere tres pueri illi, qui
inter flammam ambulabant, in quas coeci tyranni in-
humanitas eos coniecerat.

XII.

Et re vera, quid pacem hominis, cuius conscientia
nullius criminis rea est, turbare potest? Quid ipsa time-
bit? an forte mortem, quae adeo terribilis est? At eam
velut suorum cruciatuum finem, nec non felicitatis suae
principium intuebitur. An liberorum iacturam? Sed exem-
plo Jobi dicet, Deus illos mihi dederat, Deus illos mihi
abstulit; nihil factum est, quod ipse non voluerit, sit no-
men Domini benedictum in aeternum. Bonorum suorum
iactura minus adhuc ipsum movebit, quam liberorum
aut propriae etiam vitae. Et quodnam aliud infortunium
adeo magnanimum cor dejicere poterit?

Non rei ipsius natura, sed mentis nostrae affectio nobis
inspirat aut tristitiam, aut gaudium, et si bene eam
excoluerimus, semper in ipsis nostris afflictionibus gau-
dio fruamur, quod a nobis nunquam auferri poterit: et
quemadmodum dantur arbores, quarum fructus dulces sunt,
licet earum radices sint amarae, ita etiam datur species
quaedam tristitia, quae a Deo proveniens, intus nihil nisi
gratum continet, quamvis exterius molestissima appa-
reat.

Tertes appello sanctissimas animas illas, quarum oratio-
nem plerumque lacrymae comitantur. Edicant nobis
gaudium illud, quo ipsorum conscientiae perfusa fue-
runt, dulcissimamque spem illam, quae illas in ipsarum animi in-
fractione exavit. Tertem appello magnum Apostolum,
qui post innumera mala, crebra naufragia, continuas per-
secutiones exclamat: In malis meis gaudeo, in infirmita-

tibus meis Iactator, in arumnis meis gloriosus: Pia vanitas, qua procul dubio ab immodicâ lætitiâ provenit, et immo-
dica lætitia, qua à testimonio bonæ conscientie procedit.

Quod propriis oculis carimus, hujus rei nobis domesti-
cum argumentum suppeditat, addit S. Chrysostomus.
Magistratus nostri, ubi quæ Antiochæna primos, justam
Imperatoris, cujus Statuæ indignum in modum perfrac-
ta fuerant, iram metuentes, nec in publicum prodire
ausi, ad desertâ se recipere: at contra Devoti horum sacro-
rum locorum habitatores animosè in nostrum auxilium
ocurrerunt, et totis viribus suis nos à præcipitis retrahere
conati sunt. Ipsi, quos culpa et proinde periculum
minimè tangebat, se spontè in illud coniecerunt, et quod
sine magna admiratione capi haud potest, alacrius ad
mortem occurrerunt, quàm alii ad theatra et convivia.

Arbitrati sunt, nihil homini justo terrorem inutere
posse; ipsius conscientiam esse solum, quo protegitur;
idem, qui Dei legem implet, fortunæ jactis non am-
plius esse obnoxium, ac tam profunda tranquillitate
fieri, ut vultu videntis ea, quæ ceteros lævent, intueatur.

XIII.

iii.
In domo sua qui-
etus sedat,
quem sua con-
scientia non
remordet. Quæ
tam autem
conscientiam
facit præssi-
torum malo-
rum condigna
satisfactio, et
instantium
malorum cau-
ta provida que
Declinatio.
Richard. à S.
Vict. De exor-
cit. Spirit.
l. 2. c. 1

Si conscientia est Domus hominis, tum ipse in ea
qui erit, cum ipsa eum de nullo peccato reprehendit,
inquit Richardus à S. Victore; hanc autem conscientiam
tranquillam efficit hinc præteritorum peccatorum remis-
sio, pro quibus justitia Divina Satisfacit; illinc humilis
fiducia in ipsius misericordiam, et diligentia in fugien-
dis iis omnibus, quæ Deinceps ipsum nocentem addere
possunt.

Hujusmodi erat Sancti viri Job quies, quando dicebat:
Jam aliquanto tempore vivo super terram, nec tamen
vel unius peccati conscientia me arguit. Hujusmodi erat
Magni Apostoli quies, quando omnem suam gloriam
in testimonio suæ conscientie collocabat. Hujusmodi
erat David poenitentis quies, quando veniam, quam Deus
ipsi de peccato suo concesserat, et Satisfactionis, quam
illius justitiæ dederat, laurus in lætitiâ cordis sui ad eum
dicebat: In justitiâ apparebo conspectui tuo; Satiabor,
cum appauserit gloria tua. Hinc se ipsum consolatur,
quod Deus hanc justitiæ vestem ipsi restituerit, quæ se
per peccatum suum causerat; illinc istam gloria vestem
quæ se semel induendum sperat, jam in antea se in-
tuetur; ac in his duobus ipsius conscientia quiescit.

Ex terra populo Dei promissa palluntur Chananaei,
 qui illam possidebant, et felix terra haec verus bonae
 et quietae conscientiae typus est. "Merito", inquit Ri-
 charius à S. Victore: "Talis terra Chananaeis auferatur,
 "merito talis terra Judaeis conferatur. Optimum homi-
 "num genus omnium, qui tunc temporis fuerunt in ter-
 "ra, genus Chananaeorum. Optimum hominum genus,
 "qui tunc temporis fuerunt in terra, genus Hebraeorum.
 "Videtur, quod haec terra sit aut valde malorum, aut
 "valde bonorum. Suavitatem enim conscientiae non so-
 "lant nisi aut valde mali, aut valde boni habere, aut
 "Chananaei, aut Hebraei. Sunt impii, qui ita securi sunt,
 "ac si opera habeant justorum: impius enim in pro-
 "fundum malorum contemnit: Sunt optimi, apud quos
 "perfecta charitas foras pellit timorem, illiusque loco
 "gratam quietem substituit, et qui, cum conscientia sua
 "sua nulla re eos vadasquit, suavem at humilem fiduciam
 "in Dei misericordia collocant.

XIV.

Summa igitur cordis corruptio est, aut magna ani-
 ma bonitas et perfectio, quae felicem vel fatalem hanc
 quietem conscientiae tribuit. Conscientia mala et tran-
 quilla; an illorum, qui summe mali sunt carae: Con-
 scientia bona et tranquilla, an amorum eorum status, qui
 summe boni sunt; conscientia mala sed turbata, an sors
 illorum, qui mediocriter mali sunt; Denique conscientia
 bona, sed adhuc agitata, an pars illorum, qui mediocriter
 boni sunt.

Qualis testis, qualis cornifex, qualis iudex mala consi-
 entia! Testis est, quam nec fugare, nec reusare, nec cor-
 rumperere volumus. Eum fugare non possumus; intarnus
 est, ubique nos insequitur, in solitudine sicut in urbi-
 bus, de nocte sicut de die, in locis remotissimis sicut
 in publicis compitis. Reusare eum non possumus; om-
 nia novit, omnia videt; et ex omnibus peccatoris oculis
 natus est, qui si tantam molestiam creet, ac proprius
 suus oculus, inquit S. Bernardus, et propria conscientia tes-
 timonium. Denique testis est, quam corrumpere non va-
 lemus. Equidem alios ad partes nostras pertrahere possumus,
 hunc nunquam; alii loquuntur ut homines, sed iste valde
 accepta à Deo provincia loquitur; alii faventibus testimo-
 nis quandam consolationem flagitiosis affare possunt,

* Part. i. De Sacri-
 ficio David
 Prophetae.

q. Delapsus om-
 nia

ii2.

at isto semper sincerus et incorruptus, ipsos in modis dul-
cissimarum voluptatum turbat.

Latebat miser
timans ac tro-
mans, et cum
adhuc percussor
deserat, ipsa se
injusti vita em-
cabat. Auapa-
rat lignum, ne
cum aliquis oc-
cideret, non ut
vita suavitata
foveretur, sed ne
mors auferret
arumnam, ut
percussorambu-
um quotidia pa-
tatur. memora-
rat quidam ut
percussor inhibe-
ratur, sed sine
ulla intermissio-
ne sibi suis car-
nifex erat ipse
percussor.

S. Ambrosius, in
Psal. 38.

* Ps. Reg. c. 24.

Qualis carnifex mala conscientia! Interrogata Cain
Solum omnia bona terra illius, in quam se receperat, possi-
dens, inde tamen magis felix ~~erat~~ non erat. Mortifera
peccati sui imagine percussus et tremebundus latebat,
pro metu, ne ab aliquo occideretur, quamvis nemo alius
in hac sui exilii terra existeret. A Deo signum tutela
petierat et acceperat, non ut diutius vita tranquilla
suavitatibus foveretur, se ne mors proceps tam cito fi-
nem imponeret crudelibus conscientiae suae remorsibus,
qui morte ipsa intolerabiliores ipsi videri debebant.
Sine hoste, sine carnifice, ipsemet sine consolatione,
sine intermissione sibi suus hostis, persecutor et carni-
fex erat.

Interrogata Saulem*. Ut ut Rex sit, tamen debi-
lem subditum timet, vultque, ut David cum iurajuran-
do ipsi promittat, se Hiriem ipsius non delaturum, nec a
Domo patris sui nomen ipsius ablatum. Quantum ut
bonitatis officium Regis erga subditum suum? Sed mala
conscientia illum conturbat, at ipsum fatari cogens Da-
videm ipse iustior, justior tu es, quam ego, sine in-
termissione illum ~~conturbat~~ cruciat. Ut ut Rex, tamen
alia occasione gregarium militum rogat, ut ipsum inter-
ficiat; exercitibus sui cladi superasse non potest, minus ad-
huc crudelibus conscientiae suae remorsibus, quae ei post
ob oculos est iniustitias, quas perpetravit, tot sacerdo-
tes, quos trucidari iussit, et quos veluti tot minaces um-
bras ubique illum persequentas videre sibi imaginatur.

Interrogata Balthasar. Cum Regia sua Principi-
bus deliciosa mensa affidens, grato concubinarum comi-
tatu circumdatus, quae omni studio ipsum delinunt et
oblectant, magnis haustibus in aureis et argenteis pocu-
lis illis, quae pater ipsius Nabuchodonosor à templo Jeru-
solymitano abstulerat, exquisita vina bibens, videt ma-
num super murum aulæ suae quorundam caracteres exaran-
tem, et hoc eodem momento agitur, vociferatur, ulu-
lat et desperat. Quidquid ipsi dicant Aulici sui, ut cum
motu librent, ut ut hilares concubinae suae, quae cum
ipso comedunt, blanditiis ipsum demulcant, ut ut hisce
characteribus benignas sent interpretaciones horridi
illi, qui Babylona tanquam propheta suspiciebantur,
quorumque seminum artes adhibeantur ad facipiendam
hujus principis imaginationem, cogitationes eum con-
turbant, ossa laxantur, dentes obstupescunt, capilli in

horrescunt, genae sudore manant, cor ita commovetur, ut corpus velut immotam statuam efficiat. Infortunata principis internus te torquet carnifex, in te ipso proprium tuum gemit supplicium. Quot spinae cor tuum stimulant! quot crudelas remorsus te discerpunt!

XV.

Qui navem sine malo et clavo in procelloso mari ventorum vehementia et fluctuum agitatione vidit expositam, is sibi cor ramoribus discerptum, et sine consilio et ductu crudelissimarum cupiditatum violentia traditum ob oculos ponere potest, inquit S. Chrysostomus*. Qui vidit criminis reum ligatis brachiis, capite demisso, lacrymantibus oculis, varicunda et pallida fronte, fune à collo pendente sua condemnationis sententiam à iudice suo praestolantem; is sibi repraesentare potest tristam statum conscientiae remorsibus agitatae, criminum suorum enormitate perculsa, et cum tremore formidandam justitiae divinae sententiam expectantis; cum hoc discrimina, inquit idem S. Pater, quod in tempestate quis ab innocentia sua solatium et consolationem capiat, et in iudicio aliquo rem spem habeat iudicem mitigandi aut corrupendi, eum à contra remorsus conscientiae sit tempestatas, quae non sedatur, et sententia, quam ipsa profert, ab inexorabili, et qui corrumpi non potest, iudice proveniat.

XVI.

Mala conscientia nec bona sua, nec pulchritudinem, nec quietem, quibus antea fruebatur, amplius retinet. Has tres praerogativas et commoda amisit, pauca tum ipsius eam spoliat, foedit, et crudeliter cruciat. Hostis est, qui animae christianae, quidquid pretiosissimum habebat, eripuit: Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus. Cuius mille bonis operibus ditescabat, in se ipsa gratiarum thesaurum gestabat, dona Spiritus Sancti, virtutes Theologicas et Cardinales: modo ad turpem egestatem est redacta, nec quidquam retinet, nisi ad summum quorundam virtutes morales, humanas, politicas, adeoque virtutes ad salutem inutiles, nullusque pro coelo meriti.

Hostis hic eidem huic animae totam idius pulchritudinem eripuit: Egraffus est à filia Sion omnis, lae or ejus. Haec anima, quae adeo formosa erat, ut Deus oculos suos in eam defigere non dedignaretur: Firmabo super oculos meos. Haec anima, quae ipsi tam grata videbatur, ut ad ejus aspectum exclamaret: Quam pulchra es amica mea, formosa mea! Haec anima, inquam, facta est deiformis, foeda, odiosa, abo-

113.

* Serm. de Lazaro

Judicem in animo perpetuo vigilantem et attentum instituit Deus conscientiam. Eorum iudicium corrupti possunt, et conscientia tribunal nulli hominum novit cavere, quidlibet faceris, p.

S. Chrysost. Serm. 4. de divinis

mirabilis; omnis pulchritudo ab ea recessit. Egregius est à
filia Sion omnis Decor ejus. Nullum decorum habet ampli-
 us in oculis; erant oculi columbae simplicitate, suavita-
 te, et modestia pleni: modo sunt oculi vulturis et noctuae,
 rapinis, dolis, adulteriis pleni. Nullus ipsi in vultu am-
 plius decor; sanctus quidam pudor frontem illius et genas
 tangebatur: modo de nulla re conturbatur, prostibuli fontem
 gerit. Nullus ipsi amplius decor in manibus; olim illas
 mundas ad Deum in favore precum suarum tollebat, mo-
 do eas ipsi praebere non audeat, adeo sunt plene sanguine
 et injustitiis coinquinatae: Egregius est à filia Sion omnis
Decor ejus.

XVII.

115.

Sed binas has bonorum, et pulchritudinis suae jacturas,
 tertia sequitur, nempe gaudii sui. Defecit gaudium cor-
dis nostri, va nobis, maestum factum est cor nostrum.
 Modo timor ne in peccatis nostris ex improvise opprima-
 mur, modo dolor, quod ab illo corruptore circumventi
 fuerimus, qui nobis fidem fefellit, et qui nos infamari
 potest. Si quadam temporali prosperitate fruimur,
 illius suavitatem ex parte tantum degustamus, nostra
 conscientia nobis peccata nostra exprobrat, ac sine inter-
 missione ob oculos nostros ponit. Etiam si in deliciis
 nempe convivimus, tamen Reges Theodoricus felicior
 haud esse videtur, qui ^{libros} appostos sibi cum apparatu apponit
 comesturus, subito à mensa surgebat, sibi que imaginaba-
 tur in catinis, qui inferebantur, se videre caput Simachi,
 quem Decollari iusserat. Ubi quaedam nobis obvenit adver-
 sitas, tum sumus impatientes, morosi, nobismetipsis et
 aliis intolerabiles; et quia in societate malorum nihil
 habere possumus gaudium, evenit, ut, cum mali simus,
 nec nos à nostra propria societate separare haud valeamus,
 vero et solido gaudio nunquam fruamur. Cuiquam cum
malo bene esse non potest: quisquis ergo malus est, malè
secum est.

Extra nos non sunt nisi calamitates, intra nos non
 nisi agitationes et remorsus; supra nos est Paradisus,
 quem velut hereditatem nostram suspicimus, à qua priva-
 ri meremur; infra nos est infernus, in quem, ut praeci-
 pites agamur, unico solium momento opus est; circa
 nos et à latere nostro est mors, quae flagitiosa vita no-
 stre cursum mori absumptat. Cum his omnibus quod

nam gaudium, quamnam quietam degustare possumus?
et si conscientia tot objectis turbata remorsus in salu-
tares animi commotiones nos non conijciunt, certissi-
mum est iudicium, inquit S. Bernardus, quod habeamus
divitiam Pharaonis, salusque nostra vix desperata non
sit.

XVIII.

Malam conscientiam sub eadem figura considerare
possumus, quam Deus adhibet, ut tristam Babylonis
statum nobis ob oculos ponat, quando ait se eam potesta-
ti arii traditurum. Arius animal est undique acu-
leis armatum, qui ipsi ab approximatione hostium
suum tutum quendam praestant, sed qui etiam mor-
tis ipsius sunt causa, cum parvuli, quos in utero gestat,
se se in ipsius corpore, ut ex eo egrediantur, agitantes
aculeis suis viscera illius perforant et laerant. Ita eti-
am peccator mille parvos arii in corde gestat, qui
quod magis cresunt, ad altius ipsi aculeos suos infigunt.
Quantus praeteritorum dolor! Quantus futurorum metus!

Quantum supplicium in praesenti, quo versatur, statui!
inquit S. Bonaventura*. Timat die et nocte, mortuus sit
an vivus ipsemet nescit: Mane dicit, vivamne usque ad
vesperum? vespera quaerit, an usque mane superstes
ero? Conscientia remorsibus disarptus fugit nemine
persequente**. Sibi imaginatur, se jam inter carnificum
manus esse, quamvis nemo illum accuset, nemo iudicat;
verum ipsemet accusator et iudex suus est. Haec sunt ver-
ba Scripturae sacrae, loc. cit.

Ita iuristi o mi Deus! inquit S. Augustinus, tu qui
voluisti, ut omnis effrenata cupiditas sit supplicium
et poena animae, quae te deseruit. Iuristi; igitur om-
nino aequum est, ut iuram ibi puniatur, ubi perpe-
tratum fuit. Atque in corde peccata fuere concepta,
inde enim exiit flagitiosa desideria, perversa co-
gitationes, homicidia, furta, adulteria. Ergo in corde
puniri debent. Et, ut in libro Esdrae legimus, patifru-
li, in quo flagitiosus suspendebatur, lignum non in sylvis,
aut extra sed in ipsius flagitiosi domo sicut sumi debuit, ita
etiam similiferae iustitiae vivino affectu in corde pec-
catoris, et in ipsius malae conscientiae supplicii, ad quod dam-
natur, materia sumitur.

XIX.

Ex vestrum suorum pompa, comitatus magnificentia,
conviviorum apparatus, felix reputatur, at re ipsa est

116.

Tradam Baby-
lonem in pos-
sionem ari-
i. Isa. 17. 23.

* Conscientia
accusat de pra-
terito, praeva-
rat de praesen-
ti, timat de
futuro. S. Bo-
navent. l. 2.
Theol. Moral.
c. 52.
** Deut. 28.
v. 66. p.
*** Prov. 29

* Matth. 15.

117.

omnium hominum infelicissimus. In palatiis marmore
 et jaspide resplendentibus moratur, sed ipsius vultus est
 pallidior, et cor frigidius, quam omnes illi lapides pretio-
 si, qui illum circumdant: Seseum trahit aliam invisibi-
 lam domum, in qua poena peccato ipsius, debita invenitur:
 non est in eo ordine, ^{in quo} esse oporteret; cum in eo non
 sit, hinc pro ipso est violentus status; et omnis violentus
 status est intolerabilis. Ipsius anima in suo naturali si-
 tu non est posita, unde: unquam verè contenta esse
 non potest: et sicut brachium luxatum non modò est
 inutile, sed etiam continuos dolores creat; ita etiam ani-
 ma, quæ in suo loco non est, non modò nihil agit, quò
 coelum mereatur, sed singulis momentis vehementes et
 acerbos sentit dolores.

Idem cum Origena in illo statu contempletur, in quo
 fuit Abalon, quando capillis suis in arboris ramo suspen-
 sus haerit. Infelicem hunc Principem egregio equo inse-
 dentem Davidis exercitus persequitur, fugit equus, sed
 ipsius Dominus capillis suis quæcumque adhaerent; frustra
 caput quatit, frustra supplevit pedes; quidquid agit
 et conetur, se tamen ab hoc fatali ligno non valat ex-
 pedire. Nimis vera malæ conscientiae imago. Cavati
 actus transit, equus dilabitur, voluptas, quæ peccatum
 comitatur, pertransit, sed Synteraris semper manet;
 vermiserit, qui non moritur; Spina est, quæ à corde non
 egreditur; vinculum est, quod peccator, quidquid agit,
 rumpere non valat.

Avis escam sibi præparatam capit, sed simul se la-
 queis implicat, à quibus egredi non poterit. Piceis itidem
 escam sibi præparatam deglutit unacum hamo, qui ipsi-
 us viscera discerpit, ut ut se agitat, subiliat, se su-
 pra aquam tollat, aique demis se immergat, captus
 est, et nunquam se extricabit. Ut ut peccator, cujus
 conscientia turbata est, in pluma et lanigine quiescat,
 in lecto auro et gemmis textus urbat, tamen flagitio-
 rum suorum imago ipsum terrafaciet: Sit ipsi pro pote
 pretiosissimarum margaritarum succus, mensa ipsius
 onerata sit exquisitissimis et delicatissimis cibis; cho-
 rais intersit et comedis; modò in lectu, modò in am-
 bulatione, et in nobilium muliarum corona oblectatio-
 nem capiat; hæc omnes variae occupationes, malum suum
 mutare non valabunt, inquit S. Cyprianus*, quamvis
 conscientia ipsi peccatum exprobrabit, nunquam et ne
 quidem per momentum quietem inveniat.

* Ep. i. ad Donat.

XX.

118.

Instruunt igitur et ficta voluptas, avaritia, ambitio, vindicta nobis suavem promittunt tranquillitatem. Ne fidem ipsis adhibeamus, neque animi nobis dona posuerunt, quod ipsa met non habent. Impudica tentationi succubisti, turpibus deliciis corpus tuum prostituisti, estne tibi pax? Ultionis avida, manus tuas inimici tui sanguine exentasti, immanibus obtraculationibus et atrocibus cavillationibus eum possidisti, estne tibi pax? Qualis pax esse potest. Dolor vehemens, moesta Desperatio, lethales pavores, febris haetica, quae te consumit, Sarcotus accusator, qui tibi sine intermissione inlamar: Perfida, ingrata, infidialis, exevande, an oportebat, ut tam exigua rei causa Deum tuum offenderes? an oportebat ut pro pugillis lentium tuo primogenitura jura renunciaves? an oportebat, ut pro brevi voluptate tot tantaque supplicia tibi accerseres. Ut ut homines tibi adulentur, Daemones taceant, creaturae sileant, Deus ipse dissimulat, vox tamen conscientiae tuae non tacebit: Filius tuus morietur, et non deficiet gladius de domo tua. Hic peccati tui filius morietur, sed ramorus ille nunquam morietur; voluptas, quam in tuo peccato degustabis, transibit, sed Dolor et verecundia, quae ipsius sunt consecutiones, nunquam transibunt.

XXI.

119.

Talis est, inquit Salvianus, justitiae Dei circa nos agendi ratio. Peccandi vel non peccandi libertatem nobis ~~relinquit~~ relinquit; sed nostro arbitrio non relinquit, ut postquam peccavimus, contenti vivamus. Cum omnia in pondere, numero et mensura faciat, nec in providentia sua regno quidquam inordinatum esse possit, hanc voluntariam inordinationem, quae a nobis provenit, pernit in nobis per involuntariam poenam, quae ab ipso provenit. Nos ipsos desideriorum nostrorum voluntati, cupiditatumque nostrorum violentia permittit; sed quam proximam incipimus, ipse finit, atque cum justitia permittit, ut in igne, quam accendimus, comburamur. Omnino cuperet, ut eum non offenderemus; sed Statian ac illum offendimus, id contra nos agit, quod ipsum agere volumus. Conscientia nostra remissibus nos permittit, et haec nobis agendi ratione evenit, ut nemo in nos crudelior sit, quam nos ipsi; quia faciundo id, quod ipse non vult, illo invito nos ipsos quodammodo torquemus.

Judicium est et haec poena sententia quod patiamur. Cum enim sint omnia ditionis sacra, et nuda Dei unita moderantur, quidquid malorum poenarumque perficimus, censura est divina manus, quam utique censuram nos inordinantem facimus, et peccatis nostris jugiter commovamus nos velentis ira ignem.

Salvian. De gubern. Dei c. 8.

Sicuti nemo praesens miser est, eo quod alii eum talem existimant; ita etiam nunquam oportet ex aliena opinione de

Nemo dicitur miser, sed in miser est, sed suo, et ideo non

possunt uerumquam
falso iudicari esse
miseri; qui sunt
verè suà consien-
tià beati. Nulli
beatioras sunt,
quàm qui ex san-
tantià sua atque
voto agunt. Mi-
milas sunt religio-
si; hoc volunt;
pauperas sunt,
pauperie delect-
tantur, p.
Salvianus de ge-
bern. Dei. l. i.

De illorum miseria iudicare, qui ex propria sua conscientia testi-
monio verè felices sunt. Religiosi, e.g. sunt in statu objectionis
et contentus, sed in eo esse volunt; pauperas sed sua pau-partate
delectantur; sine superbia, varum omnem illius fastum ob-
iiciunt; infirmitatibus oppressi, sed inde latantur; laqueis
perfusi, at ex his secretam capiunt voluptatem, atque
interna conscientia ipsorum pax tristitiam illam et abjectio-
nem, in qua esse videntur, eisdem abundantar vesant.
Verum est, quòd hac ratione non semper de vera felicitate
sit iudicandum, cum multi sint, qui se felices reputant,
cum per cupiditatum suarum expletionem obtinent id,
quod cupiunt, sed tales infelicissimi sunt existimandi, quia
quamvis eo ~~fructuantur~~, quòd desiderant fruuntur, illud tamen
desiderare non debuerunt.

XXII.

120.

Insolens est pax eorum. Vidi hanc peccatorum pa-
cam, inquit Regius propheta, et conturbatum est cor meum.
Vidi eos morientes, quin mortis, qua ipsos adorabatur, ad-
vertent. Vidi eos aliquum pati, et cor eorum indurari,
quin id Iam animo volarent: Non est respectus mortis
eorum.

Animadvertite, inquit S. Augustinus, quemadmo-
dum mors et reprobatio peccatores illos, qui sine remor-
sibus vivunt, pro se pede sequantur. Quando peccatum
in anima horripulum quemdam et perturbationem re-
linquit, signum est, peccatorem non esse induratum:
at ubi in profunda pace sine imminentis mortis et dam-
nationis metu vivit, tum cupiditatibus suis velut curru
abruptus, cum impetu ruit ad inferos: Quasi curribus
portatur ad inferos.

XXIII.

Enimverò, unde provenit hæc fatalis tranquillitas?
Inde scilicet, quòd Daemon illum sub suo asylo teneat,
ac velut arcem, in ^{græ} se munivit, ~~tanquam~~ custodiat. Cum
fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia,
quæ possidet, inquit Christus Dominus, tunc peccator est
sub præsidio et tutela Daemonis, tunc fortis ille armatus
cum sine contradictione, sine proelio, sine inquietudine,
sine conscientia remosibus possidet. Cavet, ne quidquam
illum conturbet, aut molestiam creet: Curabant contritio-
nem filia populi mei cum ignominia dicentes: Pax, et non
erat pax. Vulnera animæ lethaliter læviata
sanat; et interim dum hæc lethalia vulnera ma-

* Luc.

* Jeram. 6.

gis ac magis exacerbantur et exasperantur, non nisi verba
pauis ipsi loquuntur.

XXIV.

Talis est innumerorum Christianorum Status. 1^o Est 721.
Status illorum, qui per diuturnum tempus in peccato
mortali persistunt: Hec quot huiusmodi numerantur?
quot sunt, qui integro sex mensium spatio non confiten-
tur? quot sunt, qui confessionem suam ab uno Porchate
ad aliud differunt? quot, qui per plures annos quasi in
suis perversitatibus remanent, et prout Scriptura Sacra
loquitur, in umbra mortis et in suis obscurnitatibus im-
moti sedent? quot sunt, qui inveteratis consuetudi-
nibus implicati, eisdem renunciare detraunt? qui
quamvis instigati, admoniti, reprehensi, castigati,
tamen ab idolo, quem adoraverunt, separari non possunt?
qui ruptos amores redintegrant? qui consuetudines et
familiaritates prorsus, ad quas prius nulla ipsis erat
propensio? qui nunquam proximis peccandi occasio-
nes varè dederunt, et quitamen, non obstante cordium
suorum corruptione, tranquillius vivunt, quàm maxi-
mi Sancti in medio mortificationum suarum et inas-
cantia sua.

2^o Est Status illorum, qui vitam agunt mundanam
et voluptuosam. Atque quot sunt, qui non nisi pesti-
lentem mundi aërem spirant, qui ipsius voluptatum,
decororum, et modorum sunt idololatrae? quot qui
ipsius iudicia reformidant, qui se ad ipsius placita ac-
commodant, ipsius molitisi tradunt, quos iniquo-
rum ipsius exemplorum violentia rapit? Homines,
qui cum his omnibus sine poenitentia et bonis operi-
bus vivunt, sibi que persuasum habent, se aliquando
saluti suae operam daturus.

Denique est Status illorum, qui in crassa et sponta-
nea suorum munerum et obligationum ignorantia vi-
vunt. Id peccatum vestrum est vos illustres condi-
tionis homines, cum ut vobis fictam quamdam auda-
ciam faciatis singula vestrarum obligationum capita
expandere remittis. Est peccatum vestrum ô Divites!
quando, ut tranquilla fructus iniquarum exactionum
vestrarum fouamini, ignorare vultis necessitatem resti-
tuendi bona, quae ad vos non pertinent, atque superflua
vestra pauperibus largiendi. Est peccatum vestrum ô im-
pudici! quando, ut in vestris perversitatibus pace foua-

misi, agnoscere detrectatis, quousque fidelitas conjugalis, si conjugata estis, vel si uelibus estis, uirginitas Christiana protendatur. Est peccatum vestrum o avari! qui sub obtentu praetensarum necessitatum, uel ex metu futurarum aurum et argentum vestrum in cistis seruatis, non ex uanis, quas obtenditis, rationibus conscientiarum uestrarum stimulos suffocatis.

Supplementum.

Gerson Universitatis Parisiensis Cancellarius in suis Tractatibus de remedijs aduersus pusillanimitatem, et de preparatione ad Missam circa varios conscientiarum Status solidè et fure differt; ut et in alijs duobus de circumspiculis simplicium Devotorum exercitijs, varijsque Daemonis tentationibus: Ibi quidquid in corde hominis est secretissimum explicat, de debilibus, erronarijs, scrupulosis, inquietis, tristibus, ac molestia oppressis conscientijs loquitur. Varia aduersus omnia mala haec remedia proponit; praeter omnes autem omnimodam ad uoluntatem Dei conformitatem; Iactum pii et perpicacis Moderatoris; nequam in misericordia diuina fiduciam; abiectionem et magnanimum contemptum mille cogitationum, quae animam disperdiunt, et crudelibus poenis afficiunt, et denique iustum laboris studium, ac otii fugam.

Ex innumeris praeclaris rebus, quas circa varios hos conscientiarum Status a loquitur, praecipua attentionem merentur aë, quos in Tractatu de simplicium Devotorum exercitijs commemorat, ubi hominis desidiosi conscientiam moletrina comparat, quae quamuis nullum frumentum molendum habeat, tamen in continuo motu est, atque se ipsam destruit et atterit.

Ludouicus Blosius Monasterii Laticensis in Hanonia Abbas haec de re praeclarum edidit Tractatum De consolatione pusillanimitum. Henricus Arophius lib. 2. Mystica Theologia part. 3. Ioannes Iustus sub nomina Landspargii notus, Carthusiae Juliacensis prior. Fortissimus Episcopus Ostiensis Ioannes Palafox de Mendoza; et Sancta Theresia Epistolâ ad P. Rodericum Aluarez Jesuitam unum à suis Confessarijs, praeclara in idem argumentum edixere.

S. Augustinus, et S. Bernardus conscientiam Iudicij comparant, cui quidam obedire detrectant, alij ipsius testimonium corrumpunt, et tertij ipsius uocem suffocant: Item horrendae illi ranarum multitudini, quae usque in

Pharaonis Palatium penetraverant, salivâ suâ con-
clavium ipsius Superlecticam et cibos mensa appositos
conspicantes, ac importunis suis exortationibus quic-
tam ipsius interrumpentes.

S. Chrysostomus Homilia 2. in Psal. 50. Quot, ait, sunt
peccatores, quorum conscientia aequè, imò magis tranquil-
la est, quàm justorum? Quot, qui bona aliena sine sou-
pulo rapiunt; qui viduam et orphanum spoliant; qui
nuptialem thorum secretis adultariis commendant, quin
propterea perturbentur? Longè aliter se res cum Davide
habebat; fatesbat^{ur} hic Propheta Regius, iniquitatem su-
am sibi esse perspectam, et peccatum suum semper ante
oculos suos versari: Iniquitatem meam ego cognosco, et pec-
catum meum contra me est semper. "O ingenuitas ani-
"ma! O mentis integritas! in conscientia tua tanquam in
"immagine homicidii et adulterii dejectum habe-
"bat... Ecce habes codicem conscientiam tuam, et scribe
"quotidiana peccata. Quando accubueris super Stratum
"trium, antequam veniat tibi somnus, profer in medi-
"um conscientiam tuam, et reminiscere peccata tua,
"si quid in verbo, aut in facto, vel cogitatione peccasti.
"Hoc enim dicit Propheta: In cordibus vestris, et in cubi-
"libus vestris compungimini. Per diem non habuisti tam-
"tempus, injunctum negotium, confabulationis amio-
"rum, domestica necessitas, filiorum cura, uxoris soci-
"tudo, et ceterarum mille te verum circumdederunt
"causa: quando in lectulum tuum veneris, ut sopori mem-
"bra concedas ad tranquillum portum, nemo tibi molestus
"est, nemo pulsat, dicit in corde tuo: Expendimus diem
"anima! quid boni fecimus? aut quid mali operati sumus?
"ps. Thema eadem loquitur Hom. 43. in Matth. et Lerm. 3.
De poenitentia.

S. Gregorius l. i. Moral. c. 20. excedentia ad mundandam
conscientiam prescribit media. Item Hom. 4. in Ezechiel.
et alibi exponens hæc Jobi verba: Sonitus terroris semper
in auribus illius: et cum pax sit, illi insidias suspiratur, cons-
cientiam probi et iniqui hominis adumbrat.

S. Ambrosius Epist. 44. proclara hæc eloquitur: "Abundat
"sibi lauples testis conscientia.... Nam clausus quis parie-
"tibus sit, operatus tenabor, sine teste sine consilio, habet ta-

"man facti arbitrum, quem nihil fallit, animam suam, severum
 "iudicem sui ultorem sceleris. Timens et tremens ob-
 "errabat Cain parricidialis facinoris laeus poenas, ut ei vane
 "mors sua fuerit.

Posunt etiam haec de re legi ea, quae S. Bernardus Tractatu de praescripto et exemptione c. 14. eloquitur: ubi comparans conscientiam oculo, ait, dari bonam et meliorem, malam et pejorem; ostenditque, quod, ut hic internus oculus purus et simplex sit, duo requirantur; bona mens scilicet, et correctum: mens bona ad eligendum, cor rectum ad diligendum id, quod diligere debet, p.

Etiam cum fructu legi possunt ea, quae P. L. Seignari et Taber huius edixerunt. Ita Serm. 7. in Dominica 2. Adventus et Serm. 6. in Dom. 4. post Epiphaniam: ostendit, quod contra conscientiam nostram nihil unquam agere debemus, quia à Deo nobis data est, ut nos iudicet, iudicet et puniat: quod maximum sit bonam inter et malam conscientiam discernere; cum una nostrum gaudium, quietem et gloriam efficiat; altera vero non nisi molestia, perturbationis et confusionis nostrae causa sit.

Consuetudo.

Mos, Perversitates publicae
 Mala exempla, p.

Sermo Primus*

Qui procedebant, increpabant eum ut taceret; ipsa vero multo magis clamabat: fili David miserere mei. Luc. 18.

Utinam Fr. M. his latitiae et halviationis diebus Christiani eo animo essent affecti, quod fuisse populum Iudaicum Scriptura commemorat, cum nihil aliud cogitans, quam ut in publicis festis laetaretur, subito mentem mutavit, quamprimum ipsi innotuit, quod David mortem Absalonis filii sui amare legisset. Tum musici carminis concentus in querulos sonos mutati, et omnes ob Principis huius dolorem tantum afflicti, quantum de victoria, quam primum reportaverat, gavisi fuerant, se in suas domos receperunt, ipsorumque nemo Ierosolymam intrare voluit*.

Utinam, inquam, vos omnes eandem animi affectionem haberetis! Vos, qui his diebus Ecclesiam lugere parantissimum videtis mortem tragicam non auidam rebellem et inhumani filii, sed omnium filiorum amabilissimi et submississimi; Vos, qui tam vobis eam auditis ea repetentem

* Proferia 2.
 vol. 3. post
 Dom. Quinquagesimae
 173.

* Reg. 2. c. 19.